



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCCCXVI. ad annum MCCCCXXIII.

Parisiis, 1644

XVI. De obseruatione iejuniorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15653

X VI.

Vt quadragesimæ & quatuor temporum ieunia a sanctis patribus instituta , quæ multorum effrenata infringit gulofitas , diligentius obseruentur , statuimus vt nullus fidelis in ætate legitima constitutus , carnes in quadragesima vel in quatuor temporibus comedere audeat * nullo modo : alioquin transgressores prohibitionis huiusmodi in sententiam excommunicationis incident ipso facto. Hæc vero sententia in Synodis episcopalibus , & in parochialibus ecclesiis singulis diebus dominicis & festiuis a septuagesima usque ad pascha solenniter publicetur : vendentes etiam carnes publice in supradictis temporibus eo ipso sententiam excommunicationis incurant. Circa infirmos vero , quos vrgens cogit necessitas , seruetur quod super hoc Canones decreuerunt.

X VII.

Reuerentia specialis quam cuncti fideles ecclesiæ Dei exhibere tenentur , merito nos inducit vt eos qui per illicitos actus diuina officia quæ in ecclesiis celebrantur , perturbare præsumunt , adiectione poenæ debitæ compescamus. Ideoque universis ecclesiarum prælatis præcipiendo mandamus , vt constitutionem felicis recordationis Gregorii papæ V. quæ incipit ; Decet domum Domini ; contra sæculares iudices , qui causas in ecclesiis audiunt , in ecclesiis suarum diocesum faciant publicari , & iudices ipsos nihilo minus moneant , & inducant vt ab huiusmodi diuinorum officiorum perturbatione desistant : alioquin contra eos pro-

M iiij